



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

321. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex dictis Basili Episcopi.*

Regula S. Ba-  
filij c. 27.  
Burchard. lib.  
19. c. 39.  
Luc. 15.

**C C C X X I .** Pœnitentem ex corde ita  
oportet suscipere sicut Dominus ostendit,  
cum dicit: *Quia convocavit amicos suos & vi-*  
*cinos dicens: Congratulamini mihi, quia inveni-*  
*ovem meam quam perdidera m.*

*Vnde suprà.*

Regula S. Ba-  
filij c. 18.  
Psal. 118.

**C C C X X I I .** Affectionatum illum in se reci-  
piat pœnitens quem gerebat ille qui dicebat:  
*Iniquitatem odio habui & abominatus sum.*

Qualis sit vera pœnitentia. *Ex dictis*  
*sancti Augustini.*

**C C C X X I I I .** Pœnitentiam certam non  
facit nisi odium peccati & amor Dei. Quando  
sic pœnites ut tibi amarum sapiat in animo  
quod antea dulce fuit in vita, & quod te prius  
oblectabat in corpore, ipsum te cruciet in cor-  
de, tunc verè pœnites.

Quales esse debemus erga impœnitentes.  
*Vnde suprà.*

Regula S. Ba-  
filij c. 28.  
Burchard. lib.  
19. c. 64.  
Matth. 18.  
2. Thessal. 3.

**C C C X X I V .** Erga eum qui pro peccato  
non pœnitet tales esse debemus sicut Dominus  
præcepit dicens: *Sit tibi sicut gentilis & publi-*  
*canus. & sicut Apostolus jubet: Subtrahite,*  
*inquit, vos ab omni fratre inordinate ambulan-*  
*te & non secundum traditionem quam tradi-  
vobis.*

Ut Clerici non intersint nuptiis.

Concil. Vene-  
tic. c. 11.

**C C C X X V .** Presbyteri, Diaconi, Sub-